241.

Sigismundus Augustus Dei grã Rex Poloniæ magnus Dux Lituaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masouiæ etc. Dñs et hæres.

Mce et Generose, Sincere et fideles dilecti. Donauimus ex gratia nostra Magcō Petro de Dambrowicza terrarum Russiæ Palatino generali, Radomien, Casimirienq; Capitaneo, sex bancos salis ex Zuppis nris Bochnensibus. Quare mandamus S. et F. vris, ut cum requisite fuerint præsentibus, eosdem sex bancos salis ipsi extradant et extradi faciant, de quibus nos S. et F. vras quietamus. Secus pro debito suo et gratia nra non facturi. Datum Cracoviæ feria sexta post festum Sanctæ Elizabeth proxima. Anno domini Millesimo, Quingentesimo, Quinquagesimo. Regni nri vicesimo primo.

Sigismundus Augustus
Rex ss.

Joannes Lythomirski S. M. R.
Curiæ Thesaur. etc. manu ppria

Expediatur cito et bono sale

M Ago et Generoso Spitbek a Tharnow Palatino Siradien, Brzeznicen, Krzepicen, Krzessowicen, Ostrzessowicenque, nec non Ioanni Lutomirski Lancicien Capitaneis Burgrabio Crac, et Curiae nrae Thesaurario. Zupparum nostrarum Crac. Praefectis, sincere et fideli dilectis.

Lre S[illegible] Rg super [illegible]
Bono [illegible] Mag[illegible]
Petro [illegible]browicza
Passan[illegible]